

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De charactere effectu proprio aliquorum Sacmentorum. 11

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

Quæ dispositio requisita sit ad remouend. Sacram. fict.

sic dispositio, quām esset concedenda, si tepidē sacramen tum suscepisset. Neque inde fit per se esse melioris conditionis eum qui inique sacramentum suscepit, & feruerter se ad remouendum impedimentum dispositus, quām qui ritē suscepit sacramentum, quia haec melior conditio non ex sacramento, neque ex illius susceptione prouenit, sed ex penitentia de nō superueniente, quæ per accidens est.

P V N C T V M X.

*Quæ dispositio requisita sit ad remouendam
Sacramenti fictionem, ut Sacra menta
suos effectus operentur?*

1. *Quædam permittuntur pro decisio ne questionis.*
2. *Si absque mortali obice possum, & post sacramentum susceptionem nullum mortale commiseris, sola attritione sufficienter dispones censendas.*
3. *Si post sacramentum suscep tum mortale commiseris, debet confesi vel cum attritione sacramentum suscipere.*
4. *Idem est si in susceptione sacram. mortale commiseris.*
5. *Qualiter remittantur peccata praecedentia sacramenti susceptionem tum à sacramento præterito, tum à contrito, vel attritione cum sacramento superueniente.*

I. *D*upliciter potes esse causa, ne sacramentum suos operetur effectus, primò committendo culpam grauem, eo quod sciens te graui esse culpam maculatum suscipias sacramentum absque illius culpa penitentia. Secundò absque graui culpa, cum scilicet ob inuincibilem ignorantiam culpæ qua teneris, absque vlo dolore ad sacramentum accedis. Præterea post sacramentum fictè suscep tum potes peccatum mortale committere, antequam fictionem remoueras, quo causa non solum impeditis à sacramentis effectibus ob peccata praecedentia sacramentum, sed etiam ob peccatum subsequens illius receptionem. His postis.

2. *Dicendum est, si absque peccato mortali obice gratia sacramenti apostoloris, & post ipsius sacramenti receptionem nullum mortale commiseris, sola attritione absque vlo sacramenti receptione censendas es disponis ad sacramentum suscep ti graciā recipiendam. Sic Henrīq. lib. 1. de sacram. cap. 24. num. 2. Suar. disp. 18. sect. 5. concl. 1. Aegid. de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 6. n. 92. Bonac. disp. 1. q. 6. pun. 3. n. 3. & alij apud ipsos. Ratio est, quia sacramentum fictè suscep tum efficaciam, & virtutem habet remittendi peccata ante commissa obice remoto: at ob peccatorum sacramenti receptionem praecedentium attritione tollitur, quia haec est sufficiens dispositio ad gratiam in sacramento recipiendam. Ergo. Et confirmo. Peccata &c. ante baptismum commissa remitti debent ex vi baptisma in re, vel in voto suscep ti. At non fuerint remissa ob attritionis defectum. Ergo postea attritione remitti debent, cum nihil iam obster corum remissioni, neque aliquid fit, quod sacramentum efficiat impedita.*

3. *Verum si post sacramentum suscep tum antequam fictionem remoueras, mortale commiseris, contritione, vel attritione cum sacramento habere necessario debes, ut sacramentum fictè suscep tum suos operetur effectus. Quia sacramentum nequit suos effectus communicare absque mortaliū peccatorum testimoniū. At peccatum mortale post sacramentum receptionis commissum remitti i non potest virtute praecedentis sacramenti, quia sacramentum non est institutum ad remittendi peccata futura, sed præterita. Debet ergo necessario remitti ex subsequenti sacramento in re, vel in voto suscep ti. Ergo necessariò remitti debet per contritionem, vel per attritionem cum sacramento denuo suscep to, quia non est alijs modus, quo peccata mortalia remitti possint. Sic alii relatis docent. Suar. disp. 28. sect. 5. concl. 2. Valq. 160. c. 2. n. 10. & seqq. Aegid. de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 6. n. 89. Bonac. disp. 1. q. 6. pun. 3. n. 3.*

4. *Idem affirmare debes cum prædictis Doctoribus, si in susceptione sacramenti mortale commiseris: quia hoc peccatum virtute illius sacramenti remitti non potest, & quod eius virtutem, & efficaciam impedit. Ergo remittendum est alia sacramenti suscep tione falso in voto. Et declaratur in susceptione baptismi, adulst enim, qui absque vlo dolore peccati mortalis commissi baptismum recuperet, vel cum actuali peccandi voluntate sacrilegii esset, quod sacrilegium cum falso tempore, & instanti quo baptismus completerit, efficitur esse sacrilegium commissum ab homine baptizato, ac profunde penitentia sacramento subiectum. Atque ita sufficiunt cum D. Th. q. 69. art. 10. Aegid. de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 6. num. 81. 89. 84. & seqq. Suar. disp. 28. sect. 5. concl. 3. Bonac. disp. 1. de sacram. q. 6. p. 3. n. 3.*

5. *Sed inquires qualiter possint in supradicto calu remitti peccata praecedentia sacramenti susceptionem, cum sacramentum iniquum suscep tum virtutem non habeat ea peccata remitti, nisi sublatio obice. At obex resultrans ex iniqua sacramenti susceptione, vel ex novo peccato mortali postmodum*

commisso non tollitur nisi sublatio peccato per contritionem, vel attritionem cum sacramento, & consequenter gratia sanctificantis infusione. Ergo sacramentum habere non potest virtutem peccati ipsum præcedentia remittendi, & quod ea inueniar per contritionem, vel attritionem cum sacramento obicem remouentia iam remissa. Respondeo supradictum argumentum conuinere, obicem remoueri non remissione formalis peccati, & gratia infusione, sed contritione, vel attritione cum sacramento, quæ sunt ad gratiam obtinendam prævia dispositio nes, & cause: illis vero positis aquæ primò sacramentum reuixitens suum operatur effectum gratiae, & Deus ob sacramentum denuo suscep tum, vel ob contritionem positam. Neque inde fit diversam gratiam ab utroque produci, sed eandem cum diuerso respectu, nam querens procedit à sacramento reuixente, quatenus vero procedit à contritione, vel noua sacramenti susceptione virum habet remittendi peccata ipsum præcedentia, quatenus vero procedit à contritione, vel noua sacramenti susceptione virum habet remittendi peccata predictum sacramentum fictè suscep tum subsequenti. Atque ita tradit. Aegid. de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 6. concl. 4. & 5. num. 99. & 100. & 102. Adde esto ab utroque eadem gratia producatur, intenor tamen producitur, quam si ab uno tantum produceretur. Cuilibet enim sacramentu sua gratia correspondet, quæ non impeditur ex alterius sacramenti concurreti, sed utrumque sacramentum se inuicem in eo concursum, & gratia communicatione inueniunt, ut bene notauit Aegidius de Coninch. q. 62. art. 1. dub. 6. n. 85. & num. 103. in fine dubi.

P V N C T V M XI.

*De Caractere, effectu proprio aliquorum
Sacramentorum.*

1. *Quid nomine characteris intelligatur.*
2. *Caracter per se in prima specie qualitatis constituitur, reducitus in secunda.*
3. *A tribus tantum Sacramentis Baptismo, Confirmatione, & Ordine character producitur.*
4. *Alia Sacramenta characterem non imprimunt.*
5. *Character est indebilis non solum in hac vita, sed etiam in futura.*
6. *Potestas vero ministrandi, vel suscipiendi sacramenta non permanet in futura vita.*

Cara terere appellant Doctores omnes signum spirituale, & supernaturale nostris animis impressum, quo Christo Duci, Principi, summoque sacerdoti uinimur, & in illius seruos, milites, & ministros ad diuinum cultum deputamur, & consignamur. Baptismo namque consignatur in seruos Christi, & domesticos Dei. Confirmatione in milites ad confirmandam, ueniamque illius fidem. Ordine deputamus in dispensatores mysteriorum Dei.

2. Variant tamen Doctores, an hoc signum constituentum sit in prima specie qualitatis afficients, ornanti que subiectum in ordine ad se; an in secunda qualitatis specie, que est potentia operativa? Questio est leuis momenti. Breuiter dicendum est per se in prima qualitatis specie constui, quia per se datus est character ad ordinandum hominem, benèque disponendum ad fines supradictos. Sic relato Alen. & Bonac. uenient. docuit Suar. disp. 11. sect. 3. circa finem vrs. vt. Aegid. de Coninch. q. 61. art. 2. n. 11. Bonac. disp. 1. de sacram. q. 5. pndt. 2. num. 1. Valq. disp. 134. cap. 3. num. 70. Paul. Laymann. lib. 5. sum. tract. 1. cap. 7. num. 3. Reductio autem constituti potest character in secunda specie qualitatis, que est potentia, & quod charactere infigitis derit potentia ad sacramenta suscipienda, vel ministranda. Character enim Baptismi redditur baptizatus ad suscipienda sacramenta aptus, itemque ad sacramentum matrimonii ministrandum. Nullus enim valide aliquod sacramentum sit contrahere, quin baptizatus existat. Est igitur character baptismalis, quasi potentia passiva ad recipienda reliqua sacramenta, & activa comparatione saltem sacramenti Matrimonii, quod ab ipsa contrahentibus recipiatur, & administratur. Item Confirmationis charactere disponitur confirmatus ad reliqua sacramenta aprius recipienda, & ministranda. Ordinis vero character ordinatum reddit aperum ad Christi corporis confidendum, & fidelibus ministrandum. Itemque ad ministrandum sacramentum Baptismi, Penitentie, & Extremae Uincionis. Denique character Episcopalis aperum reddit Episcopum ad sacramentum Confirmationis, & Ordinis ministrandum. Præterea character Baptismi, Confirmationis, & Ordini simul cum gratia sanctificante ius concedit eo infigitis ad specialia auxilia, ad finem dicti sacramenti obtinendum. Reduci ergo potest character ad speciem potentiae. Sed haec non est potentia phisica, sed moralis ex libera Christi Domini institutione, ut latissime probat Suar. disp. 1. sect. 3. per totam, ea de causa non constituit propriæ in secunda qualitatis specie, que est potentia, sed ad ipsam reducitur,

eur, & ita docuit Suarez, Aegid. Bonac. Paul. Laymann. locis allegatis.

3. Prædictus character à tribus sacramentis Baptismo, scilicet Confirmatione, & Ordine producitur, sicuti definitum est in Concilio Florentin. in Decreto de Armenis & in Trident. *sess. 7. can. 9. ibi*, si quis dixerit in sacramentis, Baptismo, scilicet Confirmatione, & Ordine non imprimit characterem in anima, hoc est signum quadam spirituale, & indelibile, unde ea iterari non possint, anathema sit. Colligiturque hæc veritas ex *Paulo 2. ad Corinth. 1.* dicente de sacramento Baptismi. Qui autem confirmat nos vobissem in Christo, & qui vinxit nos Deus, & qui signauit nos, & dedit pignus Spiritus in coribus nostris: vbi Paulus quatuor diuinis Spiritus effectus enumerauit. Primo fidem, qua confirmamur in Christo. Secundo gratiam, & charitatem, qua vngimur. Tertiò characterem, quo in domesticis Dei sigillamur, & confignamur. Quartò testimonium bone conscientie, quod est pignus salutis æternæ. Et licet Chrysostom. Theophil. Theodoret, & Occumen. ibi eundem effectum, scilicet gratiam, & charitatem omnibus illis verbis significari intelligant, quia gratia, & charitate Christo firmamur, & vngimur, & in filios Dei signamur, & salutis æternæ pignus habemus; attamen quia sacramenta Baptismi indelibile signo in domesticis Christi designiamur, ea de causa apud D. Thom. *qu. 63. art. 2.* quem communiter exposutores sequuntur de charactere signo perpetuo, & indelebili prædictum resonum intelligent, sicuti intellexisse creditur Cyrillos Hierosolymit. in *prefat. ad Cathecheses*, loquens de Baptismo, & Basil. lib. de *Spiritu sancto cap. 12.* & Epiphani. heresi 3. post med. Augustini. lib. 6. de *Baptismo contra Donatistas cap. 1.* & lib. 2. contra Epiph. Parmen. cap. 13. & epiph. 23. post medium. & circa finem, & specialiter de charactere Sacramenti Ordinis, August. sermo de gestu cum erexit. & lib. de bono coniugali cap. 4. & de charactere Confirmationis, lib. 1. contra litter Petilian. cap. 194. Denique Patres, & Doctores Scholastici passim hanc veritatem tradiderunt, vix potest communis Ecclesie consensus firmarum.

4. Præter hæc tria sacramenta nullam aliud characterem imprimunt, vt colligitur satis ex dicto loco Concilii Trident. afferentes, ob eas causam tria illa sacramenta Baptismum, Confirmationem, & Ordinem iterari non posse; quia imprimunt characterem, vbi tacite definit reliqua sacramenta iterabilia hoc effectu catere. Præterea effectus ita singularis, supernaturalis, & diuinis sacramentis tribuendus non est abesse que sufficienti autoritate, vel ratione. At nulla est authoritas Scripturae, Patrum, vel Doctorum, ex qua leuissime colligatur hunc effectum reliquis sacramentis præter Baptismum, Confirmationem, & Ordinem concedendum esse insuper nulla est ratio ad id afflendum cogenit, sed portius ad negandum virget contraria. Tum quia reliqua sacramenta præter illa tria iterabilia sunt. Tum quia illa suscipientes non designantur ex illorum susceptione in aliquod ulterius officium diuinum cultus: nam penitentia sacramento mundatur a peccatorum macula, sed non inde destinantur in alterius muneras exercitium. Eucharistie suscepimus gratia, & charitate nutririuntur, & ad vincendas tentationes robortantur, ad ipsiusque tanquam omnium sacramentorum perfectissimum reliqua sacramenta diriguntur. Extrema Vnctione iuuantur in mortis articulo. Matrimonio denique suffinentur onera illius status. Nulla igitur est causa, ob quam character dictis sacramentis concedendum sit. Atque ita docent ferè omnes Doctores cum D. Thom. *q. 63. art. 6.*

5. Rui us insigniti characteribus prædictorum Sacramentorum Baptismi, Confirmationis, & Ordinis ita firmiter eos rectinent, vt per nullum peccatum quancunq; grauiusimum amittant. Est conclusio de fide, quæ satis colligitur ex illo Decreto Eugenij I V. quod est in Concilio Florent. post ultimum sessionem, §. 5. Ecclesiasticorum, & ex definitione Trident. *sess. 7. can. 9.* Si enim hæc Sacramenta valde suscepta ob nullum peccatum commissum iterari, possunt, euident est characteres, ex quibus hæc repetitionis priuatio prouenire non amitti. Quinimodo non solitum in hac vita, sed etiam in futura immutari peruerterunt secundum probabilem sententiam: in beatis inquam ad eorum ornatum, honorem, & accidentalem gloriam: in damnatis ad eorum ignominiam, & penam: ed quod obligacionibus, ad quas satisfaciendas Christi characteribus insigniti erant, non satisfecerint. Sie S. Thom. *qu. 63. art. 5. ad 3. Bonavent. in 4. diff. 6. pars. art. 2. q. 5.* Valquallis relatis, *diff. 1. 14. cap. 5. num. 91.* Aegid. de Coniunct. *q. 63. art. 5. ibi* Suar. Bonac. *disp. 1. q. 5. p. 3. in fine, & alij.*

6. Verum esto manent characteres prædicti post hanc vitam, non tam maner potest nec ministrandi, nec suscipendi sacramenta, quia sacramenta pro solis viatoriis sunt instituta, ac proinde soli viatoriis ea suscipere, vel ministrare possunt. Sic prædicti Doctores, specialiter Vafq. *dicto c. 1. n. 63.* Aegid. *q. 63. art. 5. in fine.* Suar. *ibid.* Ex quo fit characteres non esse formaliter potentia suscipendi, vel ministrandi sa-

Feria de Castro Sum. Mor. Pars I V.

ceramenta, alias frustra manerent post hanc vitam, si nullum sui exercitium habere possent. Sunt tamen signa in hac vita harum potestatrum actualium; in futura vita sunt signa has potestates precessisse.

Quod si aliquis mortuus diuina potentia resuscitetur iterum moriturus, cum eo tempore viator existat, potestatibus per Baptismum, Confirmationem, & Ordinem concessis gaudet, sicuti gaudebat, antequam è vita decederet. Quia ha potestates ob decepsum à via perierant. Postea ergo ad viam rediit, potestates redire debent, siquidem denud baptizandus, confirmandus, & ordinandus non est, Suar. Aegid. Val. locis allegatis, & Bonac. *dicta d. sp. 1. q. 5. p. 3. n. 6. in fine.*

P V N C T V M XII.

Quod sit Sacramenti subiectum, quam intentionem habere debet, ut validè Sacramentum recipiat?

1. *Solum homines viatores sunt sacramentorum capaces.*
2. *Sed non omnes omnium.*
3. *Infantes eorum sacramentorum, quorum sunt capaces non indigent illa propria intentione ad ea recipienda.*
4. *Adulti propriam intentionem, seu voluntatem recipiendi sacramentum habere debent.*
5. *Hec intentione debet esse simpliciter libera.*
6. *Non requiritur quod sit actualis, vel virtualis. Sufficit habitualis.*
7. *Nec opus est praecessere actualis, sufficit, si praecessere inter pretativa Penitentia sacramento exceptio.*
8. *Nulla alia dispositio prater dictam voluntatem ex parte sufficientia requiritur Penitentia sacramento exceptio.*

1. **F**ide Catholica firmatum est solos homines viatores Sacramentorum capaces esse, quia pro solis illis, & in eorum peccatorum remedium sunt sacramenta à Christo Domino instituta. Sic D. Thom. ab omnibus receptus. *qu. 64. art. 10.* Ex quo fit nec Beatos, nec damnatos capaces esse sacramentorum. Quia nec Beati augmentum gratiae recipere possunt, nec damnati peccatorum remedium Hinc à fortiori constat Angelos, sive Beatos, sive damnatos incapaces esse sacramentorum, quia in statu beatitudinis incrementum habere non possunt, in statu vero damnationis non possunt habere remedium. Et præterea quia Sacramenta sunt signa materialia, & sensibilia, & consequenter impetrant Angelis, qui sunt pure spirituales. Non enim absque speciali miraculo res corporeas, & materiales tangere spiritus possunt, & per mutuum contractum sanctificare. Sic Henr. lib. 1. de sacram. cap. 21. num. 1. Suarez. *disp. 14. sect. 1. circa finem.* Reginald. lib. 26. num. 50. Bonac. *disp. q. 6. part. 1. n. 3. & alij.*

2. **V**eritatem soli homines viatores capaces sacramentorum existant, sed non omnes omnium. Nam prius ante vsum rationis, & perpetuam penitentiam percipere non valent, nec sani Extremæ Vnctionis sacramentum, nec feminæ ordinem, neque perpetuò impotentes, carentque vsum rationis matrimonium. Nam sicut quodlibet sacramentum petit ex diuina institutione, ut fiat sub tali signo sensibili ex eadem institutione petit, ut fiat circa tale subiectum. Sic Henr. lib. 1. de sacram. cap. 21. num. 2. & 3. Suar. *disp. 14. sect. 1. circa finem.* Bonac. *disp. 1. q. 6. pun. 2. in fine.* Filiuc. *tr. 1. c. 8. q. 1. & alij.*

3. **Q**uam vero intentionem subiectum capax habere debet, ut validè Sacramentum suscipiat, breviter superest explicandum.

Et quidem de infantibus, antequam vsum rationis attingant, cum nullam intentionem habere possint, vix potest voluntate, liberisque consenserit dicendum est vel esse omnium sacramentorum incapaces, quod est falsissimum, vel affirmandum absque vila propria voluntate, aut intentione capaces foris aliquorum sacramentorum. Quorum autem capaces sint, dicendum est, cum de singulis sacramentis instituimus sermonem. Sed nunc breviter dico omnium sacramentorum præter Penitentiam, Extremam Vnctionem, & Matrimonio capaces esse, eò quod reliqua sacramenta iis tribus exceptis non postulant ad suos effectus necessariò propriam suscipientium voluntatem praecessisse. Secundus vero est de Penitentia, Extrema Vnctione, & Matrimonio: nam Penitentia materia remota sunt peccata actualia commissa, & Extremæ Vnctionis materia sunt horum peccatorum reliquæ, sive venialia peccata. At infantes ante vsum rationis incapaces sunt vsum peccatum actuali committendi. Ergo incapaces sunt Extremæ Vnctionis, Penitentia, Matrimonij vero constat incapaces esse nam Matrimonium fundatur in contractu, & libero contra hunc consensu, quem infantes habere nequeunt.

4. Restat igitur, ut solitum controversia sit de adultis, quam

volunt